



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Concilia Galliæ Narbonensis**

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1668**

XXIX. Epistola Nicolai III. Romani Pontificis ad Petrum de Montebruno  
Archiepiscopum Narbonensem. Ex veteri codice MS. Bibliothecæ  
Colbertinæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14646**

num articulis per Bailivos Excellentissimi Domini Regis Franciae s̄æpedicta Narbonensis provincia hoc potissimum tempore concutitur & vexatur , quorum quidam in humeris nostris nostrorūmque prædecessorum diuturnam traxerunt rubiginem , super quibus eundem Dominum Regem adire disposuimus quidam nostrum , quem nisi per sedis apostolicæ providentiam dictique electi sollicitudinem indefessam sedari de facili non speramus , ad ubertatem compassionis vestræ fiducialiter recurrentes , quantâ possumus devotionis instantia vobis humiliter supplicamus quatius circa præfati expeditionem electi prosperam & festinam dantes operam , si placuerit , opportunam , eundem feliciter expeditum ad Narbonensem Ecclesiam , quæ ipsius adventum ardenti expectat desiderio , quanto commodiùs poteritis dignemini destinare ; ut ejus præsentia suffulti subdit , pace per ipsum super suis vexationibus impetrata , in Dei laudibus assidue delectentur , & vos bonorum omnium quæ per ipsos fieri dignabitur clementia Redemptoris , participes efficiamini & consortes . Conseruet vos Dei filius per tempora longiora .

## XXXIX.

Epistola Nicolai III. Romani Pontificis  
ad Petrum de Montebruno Archiepiscopum Narbonensem.

*Ex veteri codice MS. Bibliothecæ Colbertinae.*

**N**ICOLAUS electus Episcopus &c. Archiepiscopo Narbonensi. Per nuntium & litteras quas

uper tua nobis fraternitas destinavit, solitæ ad nos tuæ devotionis & affectionis grata recepimus argu-  
menta, immo eò gratiora nimirum quò scribentis  
animus, prout earum litterarum series reseravat,  
non tam de temporalis quàm de spiritualis conside-  
ratione profectus, quem de nostra promotione sub  
spe clementiæ divinæ supponis, filiali affectu matri  
congaudens Ecclesiæ, lætitia jubilo amplioris exul-  
tat. Decet enim ipsius pastores Ecclesiæ momenta-  
neis perpetua, fluidis solidâ, & mansura præfer-  
re caducis. Hinc ab olim in te vigere concepimus  
considerationis intuitum, hinc fieri per experien-  
tiā manifestum paterna tibi benivolentia conga-  
demus. Per ista igitur & circa commissi tibi pasto-  
ralis executionem officij sedulus bene cœptis insi-  
stens, illūdque prudenter & diligenter ad tuam cre-  
ditique tibi salutem gregis exercens, de virtute in  
virtutem, ut Deum deorum in Sion videas, & me-  
fiti cumulum gregem ipso largiente ad hujus visio-  
nen adducas, pro viribus gradiaris; sciturus quod  
te gerimus in visceribus caritatis, & Ecclesiam ac  
provinciam Narbonensem, non ex suscepti officij  
debito, sed & tui specialiter obtemperitu, habere inten-  
dimus in suis opportunitatibus commendatas.

